

J.H.3459.

Ye  
5168

AD  
ORATIONEM ANNIVERSARIAM  
MEMORIAE  
ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI  
DOMINI  
AVGVSTI IVSTI,  
CANCELLARII  
EPISCOPATVS MERSEBURGICI QVONDAM GRAVISSIMI, SPLENDIDISSIMI,  
CONSECRATAM  
FVTVRO DIE IOVIS D. XXVIII. IVN. MDCLXIV.  
HOR. VIII. MATVT. AB SE HABENDAM  
OFFICIOSISSIME ET HVMANISSIME INVITAT,  
SIMVLQVE  
DE  
FVNERIBVS SOLEMNIORIBVS,  
NOSTRA DENOMINATIONE IDIOTICA  
*Beyerleichen,*

EXPONIT

ADAM DANIEL RICHTERVS,

GYMNAS. DIRECT.





**D**emortuos lugere non modo humanum est, quia nostros amissimus, sed praeter officium humanitatis pietas quoque cum prudentia postulant, ut corpora defunctorum in sepulchro condantur honeste. Deuorare enim mortuos, quae *Egyptorum, Brasiliensium* in America *Mafageturunque*, horrida et inulta uita hominum, confuetudo fuisse traditur, in sterquilinis abjecere, canibus, aibus aliquis feris objicere, uel fenes etiam, sicuti olim apud *Romanos* usitatum erat, de rupe praecipitare, quae quoquo immane id est et inhumum? *Perfiae* mortuos suos cera, *Syrii* myrra, aloë, cedro, melle, sale, bituminé et resina oblitos domi serubant, exustio autem *Romanis* cum multis gentilibus communis ideo instituta erat, quia longinquus hellis obruti erui cognoverant mortuos. *Syllam* quidem, *Dictatorem Romanum*, uidemus in iis libris, qui passim de illo exponunt, cremari nolle, quando quidem mortuorum ossa et sepulchrus eruta in fluvium mergi jusserat, ne idem ab hoste ludibrium eius cadauer a *Vulcane* in cinerem redactum pateretur. Sed ut nil dicam de superstitione, qua credebant, animam non nisi hoc modo a corporis ardibus purgari adque suam naturam redire posse, telle *Ouidio*, qui dicit Eleg. IV. lib. I. Trist. *Spiritus et uacuas prius hic tenuandum in auras ire et in tepido rogo deserere offa*, quis quidem non uidet, exustionem mortuorum violentiam esse. Praeterea haec mortuorum comburendi cadaueri confutudo, quae pestis tempore propter odorem graueolentissimum certe per se noxia sit, in peregrinationibus per solitudines molesta, in bello autem impedimentis plena et omnino omni tempore sumtuosa habenda est. Cum defuncto enim rogo, qui magno lignorum enmulo exstrebatur, imposito multa pretiosa, ut ueffes, arma, odores varii atque alia, quae defuncto in uita chara fuerant, simul solebant cremari. At vero, ut per longos seculorum cursus incorrupta perdurarent, cadaueribus humanis conditura, quae ex variis odoribus et aliis multis confecta fuit, robur et firmamentum inducendi ratio, quia naturae humanae repugnat, magna impedimenta quae subesse possunt habet, et sumptus requirit, qui sine dubio inuidiosi melius uiuentibus distribui possum, maxime autem ideo, quia, uti Theologi dicunt, ad cimfectionem ex dicto Domini, non vero ad conservatiōnem a putredine corpora motuorum relinquuntur, profus minime adprobari potest.

Quoniam vero Christianis nihil admittat, ubiunque sepeliantur, uerum etiam sit, quod non tantum terra sed et mare aliquando mortuos suos reddere debeat, tamen humatio cum honorifica funeris ad coemiterium deductione, quae honestus cuiusvis loci mores sequitur, certe Christianis optime conuenit. Hunc morem terra sepeliendi defunctos a Deo ipso introductum, Gen. 3. v. 19. ut cadaueris structura ab ipsa natura assidem, quibus id produxit, manibus in duas partes et cognatam speciem eo citius dissipularunt, secuti sunt omnes fideles primaevae actatis, et ipse Salvator suo exemplo eundem confirmare uoluit. Quum vero humatio optima defunctos sepeliendi apud nos ratio sit, officium humanitatis circa illam mortuorum exhibendum potissimum in eo confidere debet, ut superfites humationem istam nec nimis diu differant, nec nimis maturerent. Nam qui foetor ex putredine cadaueris exsilit, sumnum periculum adferre potest pestis et morbi epidemicis tempore praefertim, et in maturatione nimia uerendum est, ne uiu pro mortuis sepeliantur, id quod Imperatori Zenoni, Iohanni Scoto, Theologo, et aliis accidisse dicitur, omnino autem saepius accidit. Itaque non in primis solemnitas quadam, sed potius haec eadem causa fuerit, cui ueteres *Romani* pollinctores haberent, qui aliquoties mortuos aqua calida abluebant, nec non praeficas, quea per interualla uehementer circa cadaueria conclamabant, ut, si uitialis spiritus exclusus modo esset per subitanum morbum, apoplexiā, ecclasiā, in quibus omnibus et aliis homines omni sensu et motu destituti ueluti mortui esse videantur, et sic anima fortassis in corpori latebris delitesceret, per caliditatem aquae et conclusionem octiduanam excitari posset. Inde facilis intelligendi ratio est, conclamatos *Romanis* dictos esse, quibus nunc spes reuiviscent amplius non erat. Et sic fati perspicuum est, superfites ante certos esse debere de morte sui defuncti, quam corpus eius terrae et aeternis tenebris mandare uolent.

Si vero humanitas cum prudentia uiuentium in defunctos requirunt, ut humatio omnibus alius modis iusta obseruandi praferenda et, sicuti generatim hominibus, sic Christianis praefertim conueniens sit, certe pietas etiam in defunctis adhuc postulat, ut in sepultura ipsa ceremoniae adhibeantur ac ritus solemnes, qui pro consuetudine loci, tum autem pro dignitate cuiusvis defuncti conueniant. Quemadmodum autem, si quando ea, quae mortuum (epeliendi iam honestas sit, dubia est, obseruantia diuidicari debent, multi Principes et Magistratus ampliter satis et commode plerique in locis legibus suis praecepunt. Etsi enim nemo sapiens assentitur inanibus hominibus illis, qui opinantur, quod ceremoniarum et rituum frequentatio ipsum humanitatis officium mortuos intra terram reponendi constitut, tamen nemo est, qui neget solemnitates non parum honestam humationem exornare posse. Quid mirum igitur, si praeclaris uiris, quum omnes sumti in qualibet ali sepultura luxuri arguentes simpliciter reiciendi sint, uiris bene meritis, vel illi etiam, qui omnium rerum copia affluent, quibus quidem pro genio seculi licet peruerso magnificentia aut faltem dignitas quadam conuenit, hac in re amplius aliquid aliquando concedi uides? Etenim, quae sepultura in gradu excellentiori et eminentiori solemnis proprie uereque dicitur, ea praeter ciues, qui magna multitudine funus ad coemeterium uesperibus sequuntur luctui accommodatis, suas quasdam et proprias solemnitates habent.

Iam exempli causa ponatur *pulsus omnium campanarum* non illo solum die, quo funus ducitur, sed qui singuli diebus per integrum horam et in funere Magnatum una plures septimanias repetitur, quae quidem sepultura solemnior *Zittauiae* idiotoico nostro et antiquo vocabulo *Beyer-Leiche* nuncupari solet. Huius vocabuli origo quae sit nondum, si recte nouerim, ullibi ex instituto disputatum est. Alii igitur, qui antiquas res diligentius perscrutari solent, uiderint de mea huius uocis nostrae idiotaicas hac et illa iusprudence, quibus ego totam submittere lubens uolo. Si quis solemniori haec funera et initium illorum ad Anglos uel antiquos inferiores Saxones referre uelit, vocabulum hoc nostrum, *Beyer-Leiche*, a fodendo uel defodiendo tractum esse dicet, quia fodere et defodere anglice *burg*, fossio autem et defossio, *Leiche*, *Begräbniß*, anglice *burging* appellatur, et quidem confundendo formas a *burn*, vid. Wachter, *Glossar*. p. 155. hodie bernen, nos brennen, graece πυρ, latine urere, hebraice נָאַר, fudit foveam, cum בְּשֵׁב, arsit, בְּשִׁבָּה, incendium, facit, ita ut vox haec idiotaica *Beyer-Leiche*, *Beyerleiche*, olim defuncti combustio fuerit, uti Iudeis sic etiam septentrionalibus populis olim satis usitata. Quoniam uero in his hostiis solemnioribus funeribus, *Beyer-Leichen*, *Vrbis* antiqua conuictudo est, ut unus campanarius modo unam partem maioris campanae penitili introrsum et mobili malleo medio in pulsu omnium aliarum campanarum per brevia interualla semper ter pulset, quae quidem singularis pulsatio concentum campanarum mirabiliter musicum efficit, vocabulii huius nostri idiotoici origi Slavonica potius esse uideatur a *peri*, *peri*, i. e. pulso, vid. Wachter. p. 97. unde *baeren*, nostri homines multis in locis iam adhuc usitata dicunt beren, ausberen, et sic, e. i.e. in ei mutato, beiren, *Beyer-Leiche*, uti in Franconia *Bier* pro *Bier*; uel etiam a *Berla*, uel *Berlo*, ein Stab, ein Stock, ut quasi haec pulsatio in funeribus solemnioribus usitata reliqua esse uideatur ab antiquo rito, quum, campanis nondum usitatis, Σηματζον̄ haberent tabulam ligneam, quam pulsabat templorum Custos malleo ante fores templi, quoties plebem moneri uel conuocari solebant. Nolim tamen facere cum iis, qui putent, rationem dicendi quibusdam in pagis juxtam beieren eiusdem originis esse, cui suspicio aduerfatur vocabuli significatio, quae est verhöfen, zu Höfe melben, aumelben, ut potius esse uideatur in pagis zusammen beieren vox anglica a *Burg*, der Herren *Hof*. Haereo autem inter scriendum, an denominatio nostra *Beyer-Leiche* celeri pronunciatione fortasse corrupta sit, prout mos erat superioribus temporibus, et exprimat enim *Birger-Leiche*. Locus enim habitandi communis dicebatur olim a bauen *Bauer*, apud antiquos *Byr* uel *Bur*, ciuitas, hodie *Beyern*, quae quidem vox in compositis occurrit *Blaubären*, *Kaufbären*, et a *Bur* est *Burmeister*, praefectus urbis, sic *Salzburg*, cet. vid. Wachter. p. 131. ita ut uoce nostra idiotaica *Beyer-Leichen* olim fuerint *Bür- Leichen* uel *Byr- Leichen*, et vocabulum ausber-

FHye 5168

x 3387072

ern ut Aduerbius ait, quod locale est et praesentiam in loco excludit, abitum et discellum cuius ex urbe significare debeat. Quum autem olim, id quod satis notum est, soli Senatores *Cives* dicentur, unde Consul in Senatu adhuc uocabulo suo nuncupari solet Bürgermeister, Magister Ciuium, conjectura non difficult: ego adducor, fortasse nostra funera solemniora Beyer-Leichen fuisse funera senatoria, Buer-Leichen, Bvr-Leichen, et c. addito Beyer-Leichen, Bürger-Leichen, i. e. Rathsherren Leichen, uel funera eorum, quibus eadem praerogativa et dignitas sua quedam conuenit? At quenam istarum opinio-  
num optima? Periculum est in tempestate marina Palaeomonem agere et rectam inflare  
uam, mihi autem difficile est certum quid constituer, ubi tam multae uocis origines  
esse possunt, quae singulæ his illis eruditis fortasse arrideant. Interim si in his funeris  
bus nostris solemnioribus potius dignitas et praerogativa spectari debeat, quam actio so-  
lemnitas in pulsando campanam per interualla semper ter repetenda, qua aliquando non adhibita tamen funus solemne nuncupationem hanc suam solemnem, Beyer-Leiche,  
obtinere potest et solet, nolo quidem sententiam illorum reprobare, quae tota in ostensi-  
tatione et splendore fuit, quum non sine re, licet sine bona Etymologia, aliquando sus-  
picati sint Beyer-Leichen esse *Pairs*-Leichen, funera magnorum hominum, quae quidem de-  
nominatio uocis hybridæ ex uoce Gallica *Pairs* uicio pronunciationis nata est, ut non mel-  
ior derivatio esse videatur, si haec funera nostra Beyer-Leichen a uoce Slauorum *Bera*,  
fortis, præcipuus uir, exempli loco ponas *Bernhard*, uel a *baer*, *bar*, feretur, ca-  
pulus, quo mortuus efftert, *biere* apud Armoricos, βάρης græce, αἴρει fugit, abi-  
dit, *beer* anglie, unde *baeren* gothicæ, ferre, portare, φέρει græce, hodie apud  
Saxonæ inferiores *baeren*, forabice *beru*; uid. Wachter, p. 116. et Frenzel. Orig. Sorab.  
p. I. et 105. dicta esse equidem dicere audeam. Sed alia hue facientia ut alii olim sup-  
peditare uelint, rogati sunt. Reliquum ludicram putamus esse denominationem uocis  
Beyer-Leichen a *Bier*, nostra pronunciatione *Bier*, eine Bier uel *Bierleiche*, i. e. Bür-  
ger-Leiche, quia soli ciues, non autem reliqui incolæ urbis iure braxandi gaudent, et  
pro opera pulsantium campanas aliisque Libitinaria cereuilia olim data fit. Illud etiam  
adhuc animaduerto, absonam esse Etymologiam, si quis uocem nostram idioticam beper-  
ex antiqua uoce apud ueteres Germanos uistata Behaarden uel deducere, vid. Philipp.  
Desens Beschreibung der Stadt Amsterdam, p. 325. quum haec uox certe non non signi-  
ficeretur *tintinnabulis et campanis excitare*, ego uero potius putem antiquum illud Beh-  
aarden esse idem, quod nostri dicunt *beerten*, *beerdigen*, Behaart uero Beerdigung.

Iam ad *Virum* ex natuitate, doctrina et muneri amplitudine *Ilystrem* olim et  
*Excellentissimum Iure Consultum*, *Dominum AVGSTVM IVSTVM, Cancellari-  
um*, quum in uiuis esset, apud Principem Merseburgensem *Grauifissimum* uocor, ob me-  
rita sua funere solemnissimo, quod habuit, dignissimum, cuius diuis manibus memoria  
quotannis exhibenda futuro die Louis d. 28. Iunii sanctissime recoletur in Gymnasio nostro.

*Oratio nostra* commemorabit *Ideam* *uiri Aulici* et aliorum, qui non priuati sunt,  
quam ut ex superiori cathedra superioris Auditorii in Gymnasio nostro audire uelit  
MAGNIFICVS et AMPLISSIMVS SENATVS, summe REVERENDVM SACERDOTIVM  
cum omnibus LITTERATIS Vrbis nostræ NOBILISSIMIS et EXCELLENTISSIMIS,  
rogo et enixe obtefor. P. P. I. Trinit.  
MDCCCLXIV.

Z I T T A V I A E

T Y P I S I O A N N I S E R N E S T I S T R E M E L I L.

J.Y.31.59.

Ye  
5168

AD

ORATIONEM ANNIVERSARIAM

MEMORIAE

ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI

DOMINI

STI IVSTI,

CANCELLARII

GICI QVONDAM GRAVISSIMI, SPLENDIDISSIMI,

CONSECRATAM

OVIS D. XXVIII. IVN. MDCCCLXIV.

II. MATVT. AB SE HABENDAM

ME ET HVMANISSIME INVITAT,

SIMVLQVE

DE

S SOLEMNIORIBVS,

NOMINATIONE IDIOTICA

Se y er le i chen,

EXPO NIT

DANIEL RICHTERVS,

GYMNAS. DIRECT.



Farbkarte #13

B.I.G.

Yellow  
Red  
Magenta  
White  
3/Color  
Black

Centimetres

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

